



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXLIX. Markgraf Johann von Brandenburg befreiet die Lübecker in Danzig
und auf der Weichsel, so wie in ganz Pommern, von allem Zoll und vom
Strandrechte, am 17. August 1272.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

donacionem ac tradicionem, a nobis facta, rata habebunt, prout in instrumentis desuper factis plenius continentur, Et quod nichilominus tradicionem seu donacionem proprietatis dictorum bonorum libere facient, sicut dicto hospitali ea contulimus pleno iure. In huius rei testimonium Sigilla nostra (sic) cum Sigillo Reuerendi patris, domini nostri Conradi, Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopi, prefens scriptum duximus roborandum, cum testibus infra scriptis, qui sunt hii: Comes Conradus de Wernigerode, Albertus de hakeburne, Henricus de Richowe, Burchardus et Henricus de Wantsleue, Henricus de Hyllemenrode et Hermannus de Diggelstete. Ego autem Albertus antedictus, proprium non habens Sigillum, predictis Sigillis, videlicet domini Archiepiscopi Et Walteri patris mei nec non Burchardi patruelis mei in presentibus sum contentus. Nos quoque conradus, dei gracia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Rogati a predictis Waltero et Burchardo, quia hii interfuimus, Sigillum nostrum in testimonium omnium premissorum duximus apponendum Actum Magdeborch, Anno domini M^o. CC^o. LXXII^o., quinto Non. May.

Nach dem Originale des Gutsarchives zu Bergen, vom Hof-Cammerrathe Steinkopff in Wernburg mitgetheilt.

CXLVIII. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Albert, erklären öffentlich, daß sie das Dorf Bergen bei Rodensleben mit der Vogtei, dem Patronat und mit allem Zubehör den Edlen Burchard und Walther von Barby eigenthümlich geschenkt und übergeben haben, wahrscheinlich im Jahre 1272.

Otto et albertus, Dei gracia Marchiones Brandeburgenses, vniuersis, ad quos prefens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. De beneficiis, propria liberalitate seruitoribus nostris impensis, nolentes in posterum dubium suboriri, Recognoscimus tenore presentium protestantes, quod nos viris nobilibus Burchardo et Waltero fratribus de Barboe, dilectis fidelibus nostris, propter ipsorum merita et obsequia graciosa, villam Berge, sitam prope Rodesleue, et ibidem aduocatiam, Jus patronatus cum omnibus attendantis et omnibus iuribus, sicut nos eam habuimus, donauimus jure proprietatis et tradidimus perpetuo possidendam, Obligantes nos pro nobis et heredibus nostris, hanc donationem nostram et traditionem inuiolabiliter obseruari. In huius igitur euidentis testimonium prefens scriptum confici iussimus ac sigillorum nostrorum appensionibus roborari.

Nach dem Originale im Gutsarchive zu Bergen, vom Hof-Cammerrathe Steinkopff zu Wernburg mitgetheilt.

CXLIX. Markgraf Johann von Brandenburg befreiet die Lübecker in Danzig und auf der Weichsel, so wie in ganz Pommern, von allem Zoll und vom Strandrechte, am 17. August 1272.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Nos Johannes, dei gratia Marchio Brandeburgensis, Vniuersis christi fidelibus hanc Litteram inspecturis in perpetuum. Que

principum aut dominorum ordinat felix nobilitas, solent scripturarum fulciri testimonio, ne successoribus ipsorum ambiguitatis scrupulus valeat immisceri. Notum itaque volumus esse presentibus et futuris, quod nos ad instantiam dilectorum nobis Consulium ac Ciuitatis Lubycensis et propter eorum grata seruicia nobis ab ipsis sepius impensa, damus ipsis hanc libertatem et gratiam, vt in Ciuitate nostra Danzceke et in fluuio Wizle sursum atque deorsum et per totam Pomeraniam ac in confinibus adiacentibus veniendo vel abinde alias diuertendo, tam ad aquas quam ad terras, a theoloneis et exactionibus liberi permaneant et exempti. Preterea si quisquam ex ipsis, quod absit, in terminis predictis naufragium passus fuerit, vel quocumque modo periclitabitur, bonis suis in terris et in aquis sine quibuslibet impedimentis, sicut ante naufragium, sic et post, libere perfruatur, nisi si quisquam ad ipsa bona saluanda manus adiutrices prebuerit, qui secundum estimationem proborum virorum sui laboris mercede debita sit contentus. Vt autem hec gratia et libertas a nobis donata inuolabiliter a nobis et a nostris successoribus obseruetur, presentem paginam inde conscriptam nostro Sigillo fecimus communiri. Testes sunt milites nostri Ludeco de bekendorpe, Tribbemar, Johannes de zafrow, Lodewicus de Weddele, famuli Johannes de Oldenflite, Henneco troye, Heiuricus de Weddele. Datum Lubeke, Anno domini M^o. CC^o. LXXII^o., Feria quarta post assumptionem beate et gloriose virginis Marie.

Aus der Lübeckischen Urkunden-Sammlung I, Nr. CCCXXXIII.

CL. Johann, Otto und Konrad, Markgrafen von Brandenburg, befreien die Lübecker in Danzig und auf der Weichsel, so wie in ganz Pommern, von allem Zoll und vom Strandrechte, am 18. August 1272.

Nos Johannes, Otto et Conradus, Marchiones de Brandenburg etc. (wörtlich mit der vorstehenden Urkunde gleichlautend) Feria quinta post assumptionem beate et gloriose virginis Marie.

Aus derselben Sammlung Nr. CCCXXXIV.

CLI. Gerhard und Johann, Grafen von Holstein, beschenken das Kloster zu Itzehoe mit Zuziehung ihrer Schwester, der Markgräfin Hedwig von Brandenburg, am 17. August 1272.

Gerhardus et Johannes, dei gratia Comites Holstatie, consensu heredum nostrorum — et de consensu heredum fratris nostri Joannis pie memorie, videlicet Heilwigis, uxoris domini Ottonis Marchionis, Agnete uxoris domini de Rostock, Adolphi, Alberti etc. — Datum Itzeho, IV. feria infra octauam B. Marie virginis assumptionis.

Ausführlich in Pseffingers Br. Lübeck. Historie II, 762.